

quantum sublatum fuerit aceti ad usū: tātū reddit aqua ad repationē.

Liquamen ex piris.

Liquamē de piris castimoniale sic fiet. Pira maturissima cum sale calcāt integro. Vbi carnes eorū fuerit resoluta: uel in cupellis uel in uasculis fictilibus picatis condiuntur. Post mēse tertium suspensae carnes liquorē dimittunt saporis iucundi: sed coloris albiduli. Circa hoc illud proderit: ut tempore quo saliantur: pro aliqua parte uina nigella pmisceas.

DE Malo.

Mense februario et martio mala seramus: si calida et sicca regione octobri et nouembri. Eorū plura sunt genera: quā numerare superfluum est. Amant pingue ac latum solum: et cui humorē non tam rigatio quā natura suppeditet. Et si in arena uel argilla sit: rigationibus adiuuatur. Montanis locis debent ad meridiē uersa cōstitui. Et frigido solo proueniunt: si calidi tepor adiuuerit. nec in asperis & humectis sedē recusant. Macrum & aridum solū poma uermiculosa efficit & caduca. Seruntur omni genere sicut piri. Neque exarari neque effodi desiderant. Idcirco eis magis prata conueniūt. Stercus ouilum tantum non exigūt quidem: sed libenter assumunt: uel si cineris pulueres misceāt. Amant modestas rigationes. Putatio illis apta est: sed maxime ut arida & male nata tollantur. Citius senescit haec arbor: & in senectute degenerat. Si caduca sunt poma: fissae radici lapis iniectus poma retinebit. Lacertae uiridis felle si tangantur cacumina: non putrescit. Vermes eius suillo stercore mixto humanae urinae aut felle bubulo extinguuntur. Qui si plures circa arborem sunt: aereo scalp pro semel rasi non ultra nascentur. Quae rara sunt: bubulum sterces obducant. Si spissa poma ramos onerabunt: interlegenda sunt quaeque uitiosa: ut alimentum ceteris succus aequiparet: & generosis abundantiam ministret: quam numerosa utilitate perdebat. Malus omni generi inferi potest quo pirus. Mense februario martio & aliis quibus pirus inseritur in malo in piro in spino pruno sorbo persico platano populo salice. Diligenter legenda sunt mala: quae uolumus custodire. Ea in locis obscuris: ubi uentus non sit: stramentis prius in crate subiectis in cumulos secreta disponimus: qui cumuli frequenti diuisione separentur. Aliqui diuersa dixerunt. Vel singula in uasculis fictilibus picatis atque oblitis claudi: uel argilla inuolui: uel solos pediculos creta adlini: uel in tabulis substrata palea disponi: & stramentis de superiori parte cooperiri. Mala rotunda: quae orbiculata dicuntur: sine cura toto anno seruare se possunt. Alii in puteo uel in cisterna mergunt uasa fictilia: quibus diligenter picatis & clausis mala committunt. Alii ex arbore mala illaesa sumpserunt: & pediculis eorum pice feruēti mersis supra tabulatum per ordinem disponunt: nucum foliis subter

DE RE RUSTICA

From De Re Rustica by Rutilius Paliadius. Roman type, 40 lines to the full page. Venice, Nicholas Jenson, 1472.

First edition.

Paliadius was a Roman agricultural writer of the 4th century. An early example of Jenson's Roman type, generally considered the finest Roman type ever cut.

Aliqui cinerem miscēt: credētes hinc contrahi pomis argutos sapores. Generum uarietates exequi superuacuum puto: cum in ponendis uel excolendis nulla sit distantia. Si languida arbor ē piri: uel ablaqueata radicē terebras: & ibi ligneum palum deprimis: Vel in trunco similiter terebrato ex theda cuneū figis: Vel si hoc desit ex quercu. Vermes eius arboris & nati necantur: & nasci prohibentur: radicibus felle taurino frequenter infusis. Item facēs uini ueteris recentes si radicibus affundantur per triduum: diutius arbores in floribus laborare non faciunt. Si lapidosa pirus est: ab extremis radicibus terram priorem leuabis: & secernes omnes lapillos. quibus diligenter remotis alteram terrā cribro cretam in loco eius infūdis. Sed hoc proderit si rigare non cessas. Mēse februario & martio pirus inseritur more quo dictum est: cū de insitioe loqueremur: sub cortice & i trunco. Inseritur autem piro agresti malo: ut nōnulli amygdalo & spinā: ut Virgilius orno & fraxino & cydoneo: ut aliqui & punico: sed fisso ligno. Surculus piri qui iſerit āte solstitiū: anniculus esse debet: & priusq̄ figatur: foliis & omni tenera pte priuari. Post solstitium uero eum figis: qui summum germen inclusit. Pirus oī genere inseritur. Condienda sunt pira ita: die placido decreſcente luna a uicesima secunda usq; ad octauam. Eadem poma sicca & manu lecta hora a secunda in quintam uel a septima in decimā a caducis diligēter electa integra & prope dura & aliquanto uiridia i picato uase claudūt. quod operculo tegitur: & deorsum os eius inclinatur. atq; obruitur i eo loco: circa quem perennis aqua decurrit. Item quā dura sunt in carne & cūte: prius in acruo posita: ubi se mollire cōperint: in uas fictile lene coctum picatumq; ponuntur: & operculo superueniente gypſant. Vas breui scrobe tegitur in eo loco: qui quotidie sole tangatur. Plurimi pira obruta inter paleas aut frumenta seruarūt. Alii statī lecta cū tenacibus suis picatis urceis condiderūt: & oribus uasculorū gypso uel pice clausis ipsa sub diuo obruta fabulone texerunt. Alii pira quā se nō cōtigerēt: i melle seruarunt. Item pira diuisa & purgata granis in sole siccāt. Aliq; aquam salsam: cum cōperit undare calefacta: dispumāt: & ei post iam frigida pira seruanda demergunt. Tunc exempta post tempus exiguū condūt urceo: & eius lito ore cōseruant. Vel nocte et die in frigida salsa manere patiūt. Post in aq̄ pura biduo macerāt. Deinde i sapa uel passo uel dulci uino mersa custodiūt. ¶ Vinum piri & acetū.

Vinum de piris fit: si contusa & sacco rarissimo cōdita ponderibus comprimātur aut prālo. Hyeme durat: sed prima aceſcit astate. Acetum sic fit de piris. Pira siluestria uel asperi generis matā i cumulo referuantur p triduum. Deinde mittuntur in uasculo: cui fontana aut pluuiialis aqua miscetur: et opertum uas p. xxx. dies relinquit: ac subde

DE RE RUSTICA

From *De Re Rustica* by Rutilius Paliadius. Roman type, 40 lines to the full page. Venice, Nicholas Jenson, 1472.

First edition.

Paliadius was a Roman agricultural writer of the 4th century. An early example of Jenson's Roman type, generally considered the finest Roman type ever cut.